

Catalogus librorum huius  
Voluminis.

1. Disputatio de passione J. C.  
D. Helvici Gazthij.
2. Problemata de Sacramento Coenae  
D. Joh. Forsteri.
3. Brieft Von Der Jesuiten Arbeit.
4. Warnung für den Calvinist  
vergeben für.  
D. Joh. Fridrich Wankler.
5. Calvinismus Jacobi Kenocij.
6. Trichendij Rem. 14. M.  
Joh. Hofsi
7. Trichendij psal. 25.  
D. phil. Han.
- 8.

als 00

Sammelbd.

Lil

Hunc librum Generosus Nobilis  
mag. Justy Brandt à Lindaw  
Academicus in Gesschitz in  
ipso anni 1630 auspicio do  
no dedit mihi

Michaeli Ludovici protomag.  
mag. dom. filij Alberti pa. da.  
gago.





CUM DEO PROPITIO  
**PROBLEMATUM**  
**THEOLOGICORUM EX**  
**V. CATECHESIS LUTHE-**  
**ranæ parte, quæ est**  
**DE SACRAMENTO**  
**COENAE,**  
DECADIS PRIMÆ  
Problemata IV. V. VI.

*In Electorali ad Albim Academia,*  
*in disputationem proposita,*

AUTORE AC PRÆSIDE  
**JOHANNES FÖRSTERO**

SS. Th. D. & Prof. Ordinario,

RESPONDENTE  
M. GEORGIO FLADUNGIO  
Gothano Thuringo,

*Ad diem 30. Novembris horis locog<sub>2</sub> consuetis*

---

VVITTEBERGÆ,  
Typis Johannis Gormanni. Anno 1611.





*Reverendis, Clarissimis, atq; doctissimis  
Viris,*

**D. M. IOHANNI HELDERO,**  
Pastori ac Superintendenti Ecclesiae Gotthanae  
dignissimo ac vigilantissimo.

**Dn. M. MELCHIORI STEINBRUCCIO**  
Gotthano, Ecclesiae Patriae ad D. Margaretham  
Ministro fidelissimo.

**Dn. M. JOHANNI KEMPFIO,** Ecclesiae  
Gotthanae ad D. Margaretham ministro  
dignissimo,

*Amicis, Fautoribus & Promotoribus  
suis honorandis,*

Hanc disputationem Theolo-  
gicam offert, dicat,  
dedicat,

**M. Georgius Fladungus**

*Respondens.*



# PROBLEMA IV.

An & quale sit discrimen inter has  
enunciations:

Hoc est corpus meum.

&

Panis est Corpus CHRISTI.

## Propositio I.

**Ε**Ν ΔΙΕΞΟΔΩ tertij Problematis, in proximâ συζητήσει, dictum & evictum est, quod verba institutionis κατὰ τὸ ῥητὸν, sensu literali, accipienda. ἡ Φορμὴ Problematis.

II.

Hic quippe, præ Διανοητικῶν, conscientiam firmare, fideiq; πλεονεξίαν excitare potest efficacissimè.

III.

Qua de re piè ac graviter B. Lutherus εἰς μαζῶν καὶ εἰς παζῶν:

In Confessione Majore part. II.

Zum fünfften/ Setzens gleich dahin/das vnser Text vnd Verstand auch vngewiß oder finster sey (als nicht ist) so wol als ihrer Text vnd Verstand/so hastu dennoch das herliche trostige vortheil/ das du mit guten Gewissen kanst auff vnsern Text stehen / vnd also sagen; Sol ich denn vnd mus vngewissen/ finstern/ Text vnd Verstand haben/ So wil ich lieber den haben/der aus Göttlichem Munde selbst gesprochen ist/ denn das ich den habe/ So aus Menschlichen Munde gesprochen ist. Vnd sol ich betrogen sein: so wil ich lieber betrogen sein von Gote (so es möglich were) den von Menschen, den betreuge mich

A z

mich



mich Gott / so wird ers wol verantworten vnd mir  
widerstattung thun / &c.

Demnach kanstu frölich zu Christo reden / beyde an deinem  
sterben vnd Jüngsten gericht / also: Mein lieber Herr  
JESU CHRISTE. Es hat sich ein hadder v-  
ber deinen Worten im Abendmal erhoben / Etliche  
wollen / das sie anders sollen verstanden werden / daß  
sie lauten / aber dieweil sie nichts gewisses lehren / son-  
dern allein verwirren / vnd ungewiß machen / vnd ih-  
ren Text in keinem wege wollen noch können bewei-  
sen / So bin ich blieben auff deine Text / wie die wort  
lauten / Ist etwas finster darinnen so hastu es wollen  
so finster haben: Denn du hast kein ander Erklärung  
darüber gegeben noch zu geben befohlen. So findet  
man in keiner Schrifft noch sprachen / das (Ist) sol-  
te (deuten) oder (mein Leib) leibeszeichen heissen.

III, Tom, len. German, f, 488.

IV.

Atque hinc θεόδουλῶ isthic fidelissimus tanto Zeli fervore,  
τὸ ῥητὸν Verborum Cœnæ, adversus Gentem Sacramentariam pro-  
pugnavit; imò peculiarem Verborum Institutionis Assertionem, singula-  
ri spiritus ardore, conscripsit conscriptamq; Ecclesiæ, ut ἡ σακ-  
ταίηνην nobilissimam, reliquit.

V.

Verum enimverò non desunt, qui Lutherum Luthero op-  
ponentes, ipsum à τὸ ῥητὸν defecisse, nituntur probare ex eo, quòd  
Verba institutionis, permutare ausus; cum isthac enunciatione:

*Panis est Corpus CHRISTI.*

VI.

Ac sanè non diffitemur posuisse Lutherum loco Pronominis  
HOC, terminum panis, in parte præsertim altera Libri adversus Cœ-  
lestes Prophetas; nec non in Colloquio Marburgensi.

VII.

Quòd autem illo Pronomine δεικτικῶν designetur solus  
Panis, de eo ne unicus quidem in Scriptis Lutheri apiculus.

9. Tan-



II X.

Tantum abest, ut commutatione illa τὸ πρῶτον Verborum Cœ-  
næ pervertere in animum unquam induxerit suam.

IX.

Quin potius in Pronomine illo identidem urget *Synecdochem*  
in omnibus linguis usitatissimam, qua *principaliter* notatur *thesau-  
rus invisibilis*, qui exhibetur: *minus autem principaliter, res visibilis*,  
cum qua tanquam medio vel instrumento, aut vehiculo, thesaurus  
invisibilis exhibetur.

X.

Considerentur modò hæc paucula, quæ ut mentem expli-  
caret suam, libro adversus Cœlestes Prophetas, intertexuit:

In parte altera.

Oder wo diese art der Sprache ihnen nicht gefiele. Möchten  
sie sich nach der weise der Schrift richten / die da in gemei-  
nem brauch hat die Figur / so da Synechdoche heißt / das  
ist / wenn sie ein gantzes nennet / vñnd doch nur ein theil  
meinet / wie sie thut / da sie das Israelitische Volck ein  
Eigenthumb heist / vñnd ein sonderlich Volck Gottes / so  
doch das grösste theil darunter allezeit des Teuffels / vñnd das  
weniger theil Gottes war. Wie auch Paulus die Gala-  
ter / Corinthier / vñnd andere Städte Gottes gemeine nen-  
net / so doch das weniger theil recht Gottes Kinder sind.  
Ja / 1. Corinth. 10. nennet er alle die ein Brot vñnd einen  
Leib / die von einem Kelch theil nennet / So doch viel der-  
selbigen den Kelch vnwürdiglich nehmen / wie er selbst  
saget.

Also heften die Sophistische vñnd spitze Klüglinge an diesem  
Ort auch mügen das gantze stück / als Brot vñnd Leib / da  
Christus von redet / deuten allein auff dem Leib / da er  
spricht / das ist mein Leib / vnangesehen das Brot. Nicht /  
das Brot nicht solle da sein / Sondern das in der rede / so  
groß am Leibe gelegen ist / das er davon redet / Als were  
eitel Leib da / vñnd alles was da ist / es sey Brodt oder  
Farbe / nichts denn der Leib were.

A 3

Gleich

Gleich als wenn auch eine Mutter auff die Wiegen/da ihr Kind innen lege/ deute vnd spreche/ das ist mein Kind/vnd ein Sophist spottet ihr vnd spreche/ Wie? Ist die Wiege dein Kind? Meinstu nicht/ sie würde ihn für ein Narren vnd Schwetzer halten? als der mutwilliglich die sprache nicht wolte verstehen/ da sie beyde auff Wiegen vnd Kind deutet/ vnd doch das Kind **Sürnemlich** meint/ als were keine Wiegen da.

Tom, III, Jen. Germ. f. 80.

XI.

Breviter: Intelligit Lutherus non panem nudum mereq; Physicum: sed sacrum & Eucharisticum, id est, in usu Sacramentali jam constitutum & cui proinde corpus CHRISTI unione Sacramentali unum.

XII.

Voluit autem Lutherus hac phrasi uti *tum* contra Transsubstantiationem Pontificiorum, annihilatione panis definiri solitam: *tum* adversus Carolstadium, qui τρπισμῶ suo ἀνοήτῳ panem e Cæna penitus auferebat.

XIII.

Sed extra oleas ad rem, de qua in proposito Problemate, quo *duo* hoc de negotio quærantur.

XIV.

I. *Questio An.*

Unum concernit ἢ εἰ ἴστι: alterum ἢ πῶς vel ἢ ποῖόν.

XV.

Quo ad *prius*, *questio* est, an sit discrimen inter enunciationes illas: *Hoc est Corpus meum*: Et: *Panis est Corpus CHRISTI*.

XVI.

Et sanè quòd sit discrimen ultro apparet. Nec quisquam fuit nostratum Theologorum unquam, qui euunciationes illas per omnia ἰσὺδωαμύσας esse & æquipollere dixerit.

XVII.

Paret id ex Actis Colloquij Maulbronensis; auspicijs Friderici III: Electoris Palatini, & Christophori Ducis VVirtenbergici, Anno CHRISTI 1564. celebrati.

Cent. XVI, Osiandri f. 791.

8. Ibi

XIIX.

Ibi enim Theologi VVirtenbergici à Palatinis interrogati, utrum Enunciationes illas planè & per omnia easdem esse statuerent: Negativè responderunt.

XIX.

Addè, quòd Apostolus ipse discrimen agnoscit, ideoq; dum mutat subjectum, & pro HOC substituit PANIS: tum ilico mutat etiam prædicatum, atq; adeò non dicit: *Panù est Corpus: sed Panis est  $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\nu\iota\alpha$  Corporis.*

1. Cor. 10, 16.

XX.

Et talis etiam  $\alpha\nu\lambda\upsilon\sigma\epsilon\omicron\phi\eta$  usurpatur à Luca & Paulo, in Verbis Cœnæ  $\omicron\epsilon\iota\sigma\tau\iota\kappa\omicron\iota\varsigma$ , ad alteram ejus partem pertinentibus.

Luc. 22, 20. 1. Cor. 11, 25.

XXI.

Quoad posterius, quæstio est, de ipso inter enunciationes illas discrimine, quale illud sit.

II. Quæstio quomodo, ubi tria discrimina.

XXII.

Hic verò tenendum, quòd tribus potissimùm modis differant.

XXIII.

1. Prior est  $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\gamma\phi\Theta$  & autoritatis Divina: Posterior verò est  $\alpha\gamma\epsilon\gamma\phi\Theta$  & autoritatis humane.

1.

XXIV.

2. Prior quoad efferendi modum & sermonis proprietatem usitata est, nitens quippe communi loquendi consuetudine, de qua Lutherus, in verbis modò allegatis, *Thesi 10, itemq; in Confess. Majorè Tom. 111. Ien. Germ. fol. 487. & seq.*

2.

XXV.

Lutherus illam consuetudinem appellat *Synecdochen non Rhetoricam: sed Grammaticam*, alludens ad Grammaticam vocis significationem, qua Græcis  $\sigma\upsilon\omega\epsilon\eta\delta\omicron\chi\eta$  idem, quod Latinis *comprehensio*.

XXVI.

Et proinde prædicatio in priori Enunciatione; *Hoc est Corpus meum*, *Synecdochica* dici poterit, sensu verè Lutherano, id est, respectu

spectu



specu ad subjectum, quod utriusque materiae tum terrestris tum  
caelestis *συνεκδοχικὸν* vel *comprehensivum*.

XXVII.

Qui eandem sive demonstrativam sive exhibitivam vocare  
assolent, à veritate non abeunt. Certè singularis illa est; & nefas ut  
ad tribunal Logices, à Theologia provocetur.

XXVIII.

Posterior autem enunciatio est *inufitata*; siquidem disparatum  
de desperato enunciatur, propter unionem realem quidem: sed in-  
ufitatam: cujus gratia etiam prædicatio ista meritò inufitata dici  
potest ac debet.

XXIX.

3. Prior enunciatio est plana & evidens, neque ulteriore indi-  
get explicatione.

XXX.

Singula enim Verba propriè & *κατὰ τὸ ῥητὸν* accipienda  
sunt, absque ullo tropo.

XXXI.

Si enim illis inesset tropus: aut *subjecto* inesset aut *predicato*. Tot  
enim saltem sunt enunciationis partes, *κυρίως* sic dictæ.

XXXII.

Copula verò quia non *σημείον τῆς πράγματι*: ideo nec *τρο-  
πος δεκτικὴ*.

lib. de interpret. c. 3.

*ὅτι γὰρ τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι σημεῖον ὅτι τῆς πράγματι: ὁ δὲ εἶναι  
τὸ ὄν εἴπης ψιλὸν αὐτὸ μὲν γὰρ ὁ δὲν ὅτι. προσσημαίνει δὲ σύν-  
θεσιν τίνα, ἢν ἄνευ τῶν συγκεκριμένων, ἔκ ἐστι νοῆσαι.*

XXXIII.

Neque etiam in *integra enunciatione* tropus esse potest. Is enim  
non enunciationis integræ: Sed vocis in enunciatione singulæ est  
affectio.

XXXIV.

Quòd autem *subjecto* HOC non insit tropus tam manifestum  
est, ut Sacramentarios ipsos *ἀπαυθευσίας* Carolstadianæ jamdu-  
dum pudere ceperit.

XXXV.

Quòd nec *Predicato* ipsemet *Cœnæ sacrosanctæ* *ἐξ ἀρχῆς*  
CHRISTUS

CHRISTUS haud obscure designavit, hac sine intervallo ad-  
dita determinatione, & ἐπεξηγήσει:

*Quod pro Vobis traditur.*

*Qui pro Vobis effunditur &c.*

XXXVI.

Posterior autem enunciatio citra declarationem fideia-  
nalogam admitti non potest nec debet.

XXXVII.

Declaratio verò illa huc redit; quòd panis sit & dicatur cor-  
pus CHRISTI, non φυσικῶς aut ἁσιωδῶς, vel κατὰ μετὰ φυσικῆς  
χείωσιν Pontificiam.

XXXVIII.

Nec σημειωτικῶς aut ῥητορικῶς, vel κατὰ τροπολογίαν, aut  
ἀντίδοσιν ὀνομάτων Sacramentariam.

XXXIX.

Sed μυστικῶς ὑπερφυσικῶς per & propter unionem Sacramen-  
talem vel mysticam aut supernaturalem.

XL.

Et proinde, quia juxta vulgatum axioma: *Qualis unio talis præ-  
dicatio*: non absurdè prædicatio, in Enunciatione ista, appellabitur  
Sacramentalis.

XLI.

Sed sensu non Calviniano, quo Sacramentarijs Prædicatio  
Sacramentalis eadem est, quæ tropica vel figurata.

XLII.

Sed Lutherano, quo nobis Sacramentalis Prædicatio est ea-  
dem quæ mystica, dependens, non à qualicunque χέσις & ἀναλο-  
γία Calvinistica: sed à vera ac reali Panis & corporis CHRISTI  
ἐνώσις & παρεσις mysticá.

## PROBLEMA V.

*An ritè ac scitè factum à Luthero, quòd in definitio-  
ne Sacramenti Cœnæ, Generis loco, posuit:*

*Verum Corpus & Sanguis  
CHRISTI.*

B

De

XLIII.

De Messalano suo olim tempore pronunciavit Eriphanus:

Κόρον ἔχει ἀναισχυντία, ἔδὲ πλησμονὴν ἢ ἀφροσύνη: ἀλλ' ὅτι πάντα ἠπλώσεν ἐαυτῆς τὸν λογισμὸν καὶ κέχρησε τὸ σῶμα.

Lib. III. cap. 8.

XLIV.

Quantò veriùs illud nos nostra hac ætate transferre possu-  
mus ad Sacramentarios, quorum nã tanta impudentia, ut nequeat sa-  
tiari, tanta insipientia, ut nequeat repleri, sed ad omnia expandunt hians  
os & cogitationem.

XLV.

Ad omnia in quam quæ à Luthero piè & orthodoxè scripta  
dictaq;

XLVI.

Exemplum in dissertatione de Problemate proximè præce-  
dente vidimus: succedit aliud in hoc illi jam succedente.

XLVII.

Lutheri defi-  
nitio.

Definivit Lutherus Sacramentum Eucharistiæ, quòd sit Ve-  
rum Corpus & sanguis DOMINI nostri IESV CHRISTI.

XLVIII.

Verè Lutherana est hæc definitio, id est, 'apertè & ingenuè',  
absque ulla ambiguitate & circuitione, dicens, quod res est.

XLIX.

Quid Sacramentarij? Ad hanc etiam nonnulli eorum hians  
os suum expandunt avidissimè.

L.

Sentiunt quidem tanti illam ponderis esse, ut oppressura ipsos  
sit, nisi opprimatur.

LI.

Machinas proin admovent, & inter has unam quoque ex Of-  
ficina Logica mutuò acceptam.

LII.

Hac genus istius definitionis impetunt, idque spurium esse &  
illegitimum vociferantur, eò quòd Corpus & Sanguis CHRISTI  
objectum, vel subiectum Cœnæ occupans.

Ejus Reprehē-  
sio per Sacra-  
mentarios.

## LIII.

Sic enim Keckermannus explicans Canonem: *Genus cum sua specie, semper est ejusdem predicamenti:*

Atque ex hoc utilissimo Canone multa falsa genera deprehenduntur, ut quod superficies non sit genus verum loci, corpus CHRISTI non sit genus Cœnæ Dominicæ &c. lib. 1. Syst. Log. c. 3. f. 50.

## LIV.

Sed duplicem Luthero faciunt injuriam  $\omega\lambda\alpha\nu\tilde{\omega}\nu\tau\epsilon\varsigma\ \eta\sigma\eta\ \pi\lambda\alpha\nu\tilde{\omega}\mu\epsilon\tau\alpha\iota$  2. Tim. c. 3, 13. Sacramentorum ἐλεγχ.

## LV.

Vna est, quod violento  $\Delta\eta\mu\epsilon\tilde{\rho}\sigma\epsilon\omega\varsigma$  paralogismo sequentia Lutheri Verba à præcedentibus divellunt.

## LVI.

Si nudè ac crudè dixisset: Sacramentum altaris est verum Corpus & verus sanguis DOMINI nostri JESU CHRISTI: tum aliquàm idoneum Calumnia eorum haberet argumentum.

## LVII.

Sed eadem telâ mox attexuit hæc Verba: *Sub pane & vino, nobis CHRISTIANIS ad manducandum & bibendum ab ipso CHRISTO institutum.*

## LIX.

E quibus tam clarum quàm quod clarissimum: Eucharistiæ Sacramentum non definiri per Verum CHRISTI Corpus & Sanguinem  $\acute{\alpha}\pi\lambda\tilde{\omega}\varsigma$  & sine  $\chi\acute{\epsilon}\sigma\varsigma$ , ut *Objectum* vel *Subiectum Occupans*, Generis loco, collocetur.

## LIX.

Sed  $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\ \tau\iota$  & cum  $\chi\acute{\epsilon}\sigma\varsigma$  ad manducationem & bibitionem, ut ita *Forma* Cœnæ, in manducatione & bibitione Corporis ac sanguinis CHRISTI consistens, Generis locum obtineat.

## LX.

Quanquam enim, quoad *explicitum Verborum sonum*, discrimen est in  $\lambda\acute{\epsilon}\xi\varsigma$ , *Grammaticum*: tamen quoad *implicitum eorum sensum*, in  $\nu\omicron\lambda\iota\sigma\epsilon\iota$  rerum, nullum est discrimen *reale Logicum*.

B

Verum

LXI.

Verum Corpus CHRISTI manducandum idem est, quod Corporis CHRISTI manducatio. Item Sanguis CHRISTI bibendus idem, quod Sanguinis CHRISTI bibitio.

LXII.

E quo liquet, quod Genus istud non ad *substantiae*: sed *Actionis* Categoriā referendum.

LXIII.

Et tantum de *priori* injuria: altera est, quod malunt Lutheri definitionem, quæ ipsis iudes in oculis, pellere in exilium: quam sapientissimum illius attendere consilium.

LXIV.

Istud verò ostendunt partim *scopus*, partim *tempus*, quo Catechesin suam edidit Lutherus.

LXV.

*Scopus* fuit, ut Christianæ fidei elementa instillarentur pueris ac rudioribus, methodo ad caprum horum accommodata, qualis non Logicam subtilitatem: sed Grammaticam verborum perspicuitatem, requirebat. LXVI.

*Tempus* incidebat in A.C. 1527, & sic in ipsam *ακμήν* Controversiæ inter Lutherum & Sacramentarios, qui verum Corpus & sanguinem CHRISTI in synaxi sacra, manducandum & bibendum exhiberi, pernegabant.

LXVII.

Contrarium verò strenuè assererat Lutherus sicut testantur scripta, veluti *Assertio τῆς ῥητῆς*, & *Confessio eius Major*, tum temporis publici juris à Luthero facta. LXVIII.

Voluit itaque Lutherus istud illius rei caput mox in primo limine suæ definitionis, verbis coruscantibus & *ἐμφασίω* & *δενόμῳ* singularem habentibus exprimere.

## PROBLEMA VI.

*An verum & essentielle CHRISTI corpus, ac sanguis in usu Cœnæ, in hisce terris, ore edendo & bibendo, verè ac realiter, ab omnibus pariter communicantibus, accipiatur.*

69. Quod!



LXIX.

Quòd Lutherus Cœnæ Sacramentum ritè ac scitè definierit, Verum Corpus & Sanguinem CHRISTI, sub pane & Vino Christianis manducandum & bibendum, demonstratum est hæctenus.

LXX.

Jam ut plenior evadat Demonstratio: ulterius demonstrandum, quòd verum & essenziale CHRISTI corpus ac sanguis, in usu Cœnæ, in hisce terris, ore edendo & bibendo, verè ac realiter ab omnibus pariter communicantibus accipiantur.

Summæ doctrinæ Christianæ.

LXXI.

Hæc enim est, hæc inquam est summa veræ ac sinceræ, de Eucharistia, doctrinæ, quam Lutherus olim omnesq; γνήσιοι eius Discipuli, adversus Gentem Sacramentariam, constanter & intrepidè propugnârunt, hodieq; πανσρατεὶ propugnant.

LXXII.

Atque hic sanè posset longâ institui ἀποδείξεων γραφικῶν ἀναγκασθῆναι; sed sufficiat, in hac chartæ angustia, brevis saltem fundamentorum, è quibus illæ facili negotio extrui possunt, περιγραφή.

LXXIII.

Sunt autem illa in duplici differentia: Quædam continentur in Verbis institutionis: Quædam in aliis Scripturæ locis: quorum illa, respectu sedis Ordinariæ, primaria: hæc verò secundaria, distinctionis ergo, vocari poterunt.

LXXIV.

Quæ in Verbis institutionis continentur, distribui vicissim possunt, in Generale vel primum: & specialia, vel à primo orta.

LXXV.

Generale vel primum est τὸ πρῶτον Verborum Cœnæ, de quo expresso in proximè præcedenti Disputatione.

LXXVI.

Specialia vel à primo orta sunt hæc potissimum.

LXXVII.

I. Sonus Verborum, EDITE & BIBITE, id quod nullo alio instrumento διακρινῶ fieri potest ac solet, præterquam ore corporeo: Edere verò ac Bibere jubet DOMINUS non nudum panem.

A 3



nem vinum sed integrum: συμπεπλεγμένον τῷ δεικτικῷ ΗΟC  
notatum.

LXXIIX.

2. προσδιορισμός: (Corpus) QUI PRO VOBIS TRA-  
DITUR (Sanguis) QUI PRO VOBIS EFFUNDITUR.

LXXIX.

3. *Mentio novi Testamenti*, quòd certè non in (f) nuda umbra  
& figura consistit, sicut *Vetus*; sed in ipsa Corporis ac Sanguinis  
CHRISTI *substantia*. Sin minùs: Sacramenta V. T. erunt clariora:  
Sacramentis N. T., quod ipsa absurditate absurdus.

(f) Col. 2. 17. Heb. 10. 1.

LXXX.

4. ἐμφάσις in Pronomine MEUS, & Conjunctione ENIM  
Matth. c. 26, 28. καὶ ἀντίθεσιν Sanguinis Typici in V. T. Exod. c. 24,  
8, Heb. c. 9, 11, 14. 19. 20.

LXXXI.

5. Φράσις (g) Lucæ ac Pauli: Hoc poculum novum Testamentum IN  
sanguine meo. vel si Hebraïsmum Scripturæ, Novo etiam Testamen-  
to familiarissimum, attendere libet lubetq; , (ex servili D) P R O-  
PTER sanguinem meum (Durchs Blut oder mit dem Blut / oder  
umbs Blut willen. Luth. Tom. III. Ien. Ger. f. 494.)

(g) Luc. c. 22, 29. 1. Cor. 11, 25

(h) Heb. 9. 18, seq.

LXXXII.

6. σύνταξις, qua participium ἐκχυνόμενον, non cum Dativo  
τῷ αἵματι: sed cum Nominativo τῷ ποτήριον cohæret. Luc. c.  
22, 20.

LXXXIII.

6. *Distincta* duarum partium distinctarum institutio, de qua  
Lutherus:

Auch wo man wolt reden von der geistlichen Gemeinschaft /  
were nicht von nöthen / das man die zwey stück Leib vnnnd  
Blut Christi nennet: sondern were genug CHRI-  
STUM genennet.

Tom. III Ien. Germ. f. 501.

LXXXIV.

Atq; hæc tenus quidem fundamenta quæ in Verbis institutionis con-  
tinca.

tenentur enucleata à Luthero in parte Conf. Majoris. Tom. III. Irenæ.  
Germ.

LXXXV.

Superfunt fundamenta, quæ ex alijs scriptura locis, peti & huc  
accerfi possunt ac solent, ut:

LXXXVI.

1. Ex illo 1. Cor. 10, 16, ubi Panis, quem frangimus, dicitur  
κοινωνία & μετοχή Corporis CHRISTI, unde præclare Chryso-  
stomus:

τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ οὐκ ἐκείνο ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρῆς ρεῦσαι  
ἢ εἰκείνο μετέχουμι.

LXXXVII.

2. Ex dicto 1. Iob. 5, 8. ubi Sanguis in TERRIS testari di-  
citur.

LXXXVIII.

3. A (q) veracitate, (r) sapientiâ & (s) omnipotentia Testatoris.

(q) Iob. 14, 5.

(r) Col. 2, 23.

(s) Luc. 1, 37.

LXXXIX.

4. A dictis Patrum quorum Sylloge videatur, apud D. Chemn.  
in lib. de Cœn. c. 10.

XC.

Quæ omnia cum ἀναντιλέκτως ita se habeant: merito da-  
mnationis calculo notamus, omnes Sacramentarios, qui vel ore  
apertè: vel corde opertè negant, verum & essentielle corpus & sangui-  
nem Christi, in usu cœnæ, in hisce terris, ore corporeo, à commu-  
nicantibus accipi.

XC I.

Notiora (proh dolor!) sunt eorum βωμολοχεύματα quàm  
expedit.

XCII.

Adscribimus, Colophonis loco, hæc tantum è multis paucula:  
Zwinglius in Confess. ad Carol.

Quòd Christi corpus per essentiam, aut Realiter, hoc est, Corpus i-  
psum naturale in Cœna adsit, aut ore accipiatur: id non tantum  
negamus: sed errorem esse, qui Verbo DE I adversetur, constanter  
asseramus.

Beza

Beza. Epist. 5. vol. 3. tract. Theol.  
fol. 204.

*A loco in quo Canam DOMINI celebramus TAM PROCVL  
NVNC AB EST CORPVS CHRISTI QVAM  
AB EST COELVM A TERRA.*

*Piscator. In quæst. Rhetoricis de verbis  
DOMINI, Hoc est corpus meum.*

*pag. 29.*

*Hic querit fortasse aliquis ex me an non concedam: Verbis  
illis DOMINI: Hoc est corpus meum significari aliquam Cor-  
poris CHRISTI presentiam: NON CONCEDO inquam.*

**F I N I S.**



AB: 155069

ULB Halle

3

002 697 211




SK

R


VD 17





*Abt. 4*






B.I.G.

Farbkarte #13

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue



PROPOSITIO  
**EMATUM**  
**CORUM EX**  
 ESENS LUTHE-  
 te, quæ est  
**RAMENTO**  
 NAE,  
 S PRIMÆ  
 IV. V. VI.  
*Albim Academia,*  
*onem proposita,*  
 C PRÆSIDE  
**FÖRSTERO**  
 Prof. Ordinario,  
 NDENTE  
 FLADUNGIO  
 Thuringo,  
*his horis locoq, consuetis*  
 BERGÆ,  
 ormanni. Anno 1611.

26

